



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 44. Calvinus Villagagnonis expeditioni consentiens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

eoquod Dominum Deum peccati Au- Sæcul.XV
C.1555.
thorem esse traderet: unde rufus suam
causam coram Bernensi Senatu agere
cogebatur, qui tamen hac in re senten-
tiam ferre tergiversabatur.

§. XLIV.

*Calvinus Villagagnonii expeditioni
consentiens.*

Accidit etiam ferme sub idem tempus, Thuan. l. 16.
n. 9.
quod Calvinus hæresiarcha semper
ampliandæ suæ sectæ percupidus teme- Beza l. 1. de
ritati applauderet Nicolai Durandi Vil- hist. Eccl.
lagagnonii Melitenis Equitis, qui Cal-
vini errores in Americam extendero
moliebatur. Erat is in Briana Provin-
cia ex paretusto genere natus, ac cor-
poris habitudine inter ævi sui juvenes
facile princeps, nec vulgaribus literis e-
ruditus, atque animi fortitudine celeber-
rimis suæ ætatis Belliducibus haud
impar. Praeclara etiam bellicæ virtutis
suæ specimina ediderat in Algeriana
obsidione, ubi Cæsar's stipendia merens
vulneratus fuit. Nec minori etiam lau-
de secundum ab Architalasso locum te-
nens in maritimis expeditionibus ad o-
ram maritimam sub Gallorum vexillis
dimicabat: hic ergo gloriæ cupiditate
inflatus, aut forte corradensis divitiis
intentus Colignii Architalassi opera a
Rege impetraverat, ut sibi classem ador-
nare,

Sæcul. XVI nare, & sub Henrici II. auspiciis in no-
A.C. 1555. vum orbem Gallica signa inferre liceret:
 Regi enim insinuabat, quod per ejus-
 modi expeditionem Galici nominis
 gloria extenderetur, simulque hostium
 vires distrahi, ac debilitari possent, eo-
 quod illi ingentes ex secura harum Re-
 gionum possessione opes in belli usus
 corraderent. His addebat, quod facile
 restituta Americanis libertate commu-
 ne omnium, ac publicum ibi statui pos-
 set commercium, quod tamen hucusque
 Hispani, cum hisce populis jugum haud
 ultra tolerandum imponerent, sibi solis
 arrogassent.

§. XLV.

*Hujus Equitis consilia de Calvinis
 erroribus in Americam inve-
 hendis.*

*Crepin. Act.
 dy Marty.
 Bez. hist.
 Eccl. l. 2.
 Spond. ad
 hunc ann.
 n. 16.*

Verum Villagagnonus longe alia in suo
 animo fovebat consilia; clam enim
 cum Colinio maris Præfecto rem age-
 bat; hic vero occulte favebat sectæ Hel-
 veticorum, proin etiam Genevensium hæ-
 refi, cuius Sectatores quam plurimi
 jamjam in Galliis morabantur. Huic
 itaque Præfecto Eques spem fecerat, quod
 occupatis hisce regionibus Calvini do-
 ctrinam propagaturus esset, ut Prote-
 stantes, si eo confugere vellent, tutum
 ibidem